

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Disputationum Philosophicarum Quinta, continens Regulas IV. pertinentes ad doctrinam. Agentis et Patientis. Respondente publice Jacobo Claudero, Altenburg

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

## Disputationum Philosophicarum

## QUINTA,

continens

## REGULAS IV.

pertinentes ad doctrinam,

## AGENTIS ET PATIENTIS.

RESPONDENTE

publicè

JACOBO CLAUDERO, AL-  
TENBURG, MISN.

## REGULA I.

*Non quodlibet agit in quodlibet; neque  
quodlibet patitur à quolibet: sed actus eo-  
rum, quæ agendi vim habent, recipiun-  
tur in dispositò. Ex I. Phys. t. 43.*

*IV. de Cælo t. 22. & II. de a-  
nimâ t. 24.*

I.

**N**on quodlibet habet vim agendi aut  
producendi quodlibet, ut frigori non  
convenit vis efficiendi caloris, nisi ex  
accidente. Non succinum, neque qui-  
libet lapis, sed solus magnes pollet virtute tra-  
ducendi ad se ferrum. Non magnes, neque  
quodlibet aliud, sed succinum paleas ad se allie-  
cere valet. Literas docere non valet, nisi qui eas

HH 3

didi-

Dissp

didicit. Non etiam quodlibet quemlibet actum  
 suscipit; & quamvis aliquid præstò sit, quod  
 agat, aut agere paratum sit, non tamen quodli-  
 bet ab eò patitur, aut ἐνεργειαν ejus recipit, sed  
 id tantum, quod ad eam suscipiendam dispo-  
 situm est, & quò magis vel minus dispositum est,  
 eò magis vel minus, citius aut tardius recipit,  
 neque ex eò, quod agens tantum agit, patitur  
 tantum patitur aut recipit. Ita ferrum, & non  
 aliud quidquam, idoneum est trahi à magno  
 te, palea à succinò. Hominis annum vige-  
 mum quartum egressi magnitudo cessat augeri.  
 Queritur, quæ causa sit? Ad animam certe  
 tanquam agens primarium, referri nequit, cum  
 illa per se non fiat imbecillior, secundum illud  
*I. de anim. t. 65. εἰ λαβὸς ὁ πρῶτος οὐ μὲν  
 οὐδὲ, βλέπει αὐτὸν ὡς νεώτερον;* Si senex acci-  
 peret oculum juvenis, videret ut juvenis. Neque  
 calorem, tanquam agens secundarium: quia  
 is in juventute validissimus sit, neque minus  
 sufficiens ad efficiendum corporis incremen-  
 tum, quam in puerò. Et sunt hæ causæ effi-  
 centes naturales, quæ quantum in se semper  
 agunt,

H. Imputant igitur hoc subjecto, quòd  
 tum temporis non amplius ad extensionem,  
 quàm ratio accretionis consistit, sit dispositum.  
 Ratio, scribit Zabarella *de accret. & nutr. c. 1.*  
 cur corpus juvenis non possit amplius augeri.

est, quia p-  
 cuius incre-  
 pus secund-  
 ossa: quò  
 suæ genera-  
 & domabi-  
 tionem  
 necesse est  
 mnes part-  
 tur & indu-  
 resolution-  
 solidiores  
 docet; hu-  
 rimur vitu-  
 nis, quàm  
 in bove, q-  
 tio per ex-  
 set; quan-  
 runt, ut e-  
 III. Di-  
 somn. c. 11  
 rationes:  
 jecti & in-  
 futura p-  
 rent som-  
 quàm in-  
 quoque  
 occupar-  
 tis sint in-

est, quia præcipua pars, quæ augeri dicitur, & ad cuius incrementum crescit totum viventis corpus secundum omnes dimensiones, sunt ipsa ossa: quum igitur omne vivens in principio suæ generationis sit valde humidum, & molle, & domabile, ossa quoque reverà sunt, & ad extensionem idonea; ætate autem procedente, necesse est, ut per actionem caloris naturalis omnes partes corporis magis semper exsiccantur & indurescant: ex continuâ enim humidi resolutione à calore omnes partes duriores & solidiores redduntur, quod ipsa experientia docet; humidiores enim & molliores experimur vituli carnem, quàm bovis, & bovis juvenis, quàm bovis senis, & ossa quoque duriora in bove, quàm in vitulo: quoniam itaque accretio per extensionem fit, necesse est, ut tunc cesset, quando ossa ad tantam duritiem pervenerunt, ut extendi ampliùs nequeant.

III. Disputat Philosophus in *Lib. de divin. per somn. c. II.* nulla à Deò immitti somnia. Inter rationes, quas affert, hæc est, quòd homines abjecti & infimæ sortis somnia habeant, quibus futura prævideant. Si autem à Deò provenirent somnia, magis contingerent sapientibus, quàm indoctis & plebeiis. Quod confirmant quoque nonnulli eà, cujus explicatione jam occupamur, propositione, quòd actiones agentis sint in passò benè dispositò, vel recipiantur

potius in eò, quod meliùs dispositum, quam in illò, quod minùs. Sapientum autem animos accommodatiorès esse ad suscipiendas futurorum prædictiones per somnia, quis negaverit?

IV. E diversò ex eòdem principiò argumentum Aristotelis potius videtur everti, & probari, si quæ à Deò rerum eventurarum imaginæ dormientibus objiciantur, eas indoctis potius & imperitis esse infundendas. Videntur utique illi magis ad eas apti, quàm sapientes; quorum istorum mentes continuis speculationibus agitatae, minùs capaces sint eorum, quæ coeli infunduntur; contra, animi illorum vacuis contemplationibus non ita obsistunt foris eùs accedentibus somniorum motibus.

V. Nos arbitramur, in iis, quæ potentia Deo absolutâ efficiuntur, non esse curiosius inquirendum in subjecti habilitatem, quàm Deum tam facile sit in vel ex minùs dispositâ re aliquid producere, quàm ex magis idoneâ: quem admodum succus à vite è terrâ attractus & elaboratus, ad generationem vini aptior est, quàm aqua è fonte aut fluviò in hydrias infusa: momentò temporis tamen, nullò prorsus negotiò, illam Christus in vinum convertebat. Et videri poterant viri honorati, & sapientia humanâ conspicui, aptiores ad regnum Christi & muneris Apostolici functionem: sed

delegit De  
imbecillit  
dum non  
priorum  
& volunt

VI. A  
adductur  
somnia  
teles id lo  
fatis suò  
ἐξόχως.  
tur vel or  
bus, & ve  
convenit  
indoctis,  
Confirm  
tione sub  
hibita ab

VII. A  
Sole vel i  
idque no  
que oper  
tium nat

VIII.  
agentis s  
prehend  
facere,  
terceden  
ceram v

delegit Deus, quæ stulta erant in mundo, quæ imbecillia, quæ ignobilia, *I. Cor. I.* quemadmodum non minus fabrum, quam Magos & Ægyptiorum Babyloniorumque Reges de futuris & voluntate suâ secundum quietem instruxit.

VI. Argumentum tamen Aristotelis §. III. adductum, defendit Celsus Mancinij *lib. de somniis & synesi per somn. c. XX.* quod Aristoteles id loci dialecticè disputet, eâque de causâ satis suô fungatur officio, si rationibus utatur, *ἐνδοξαίς*. Cùm autem *ἐνδοξαί* sint, quæ videntur vel omnibus, vel pluribus, vel sapientioribus, & verò multi censeant sapientibus magis convenire divinationem per somnum, quam indoctis, non potest non inter *ἐνδοξαί* id referri. Confirmatio autem hujus argumenti à dispositione subjecti eodem §. III. annexa non est adhibita ab ipsò Aristotele.

VII. Ad illustrationem Regulæ facit, quod Sole vel igne cera liquefcit, lutum induratur, idque non propter diversam eorum in utrumque operationem, sed propter diversam patientium naturam & conditionem.

VIII. Cæterum fit, ut duplex actio alicujus agentis sit, prima & secunda: imò & tertia deprehendi potest. Actio prima calidi est calefacere, nullâ priori actione interveniente; intercedente autem calefactione liquefacit, ut ceram vel butyrum; vel indurat, ut lutum, quæ

actiones eâdem de causâ rectè dicuntur secundæ vel mediata. Solis prima & immediata actio est illuminare: per illuminationem, aut potius refractionem luminis calefacit, quæ est secunda ejus actio: ubi & tertia se prodit, liquescere nimirum & indurare.

IX. Attulimus autem hanc distinctionem propterea, quòd ex modò dictis evidens sit, contingere, ut omnia vel plurima subjecta æquè sint conformata ad primam vel secundam etiam actionem; quantum ad posteriorem verò vel sequentem, sit discrimen, ita ut unum ad unam, alterum ad contrariam actionem sit idoneum. Ita tàm cera, quàm lutum & illuminatur & calefit à Sole & flammâ: hoc autem durefcit, illud liquescit.

## REGULA II.

*Quod recipitur, recipitur per modum recipientis.*

I. Usitata apud Auctores est propositio. Etenim voluerunt probare nonnulli, omnem formam informantem materiam, esse quantam & extensam; non quidem per se, sed per accidentia. Argumentabantur enim ita:

Quicquid recipitur in materiâ quantâ, illud est quantum.

Sed omnia  
tertia

Ergò est  
Major pro  
per modum  
in quantò,  
datur.

II. Non  
art. II. qu  
quantitate  
eam remov  
ita: Quod  
ipientis, si  
ram recipi  
tur, quanti  
recepti, h  
do verò id  
ipientis,  
dum recipi  
ad natura  
cùm omni  
bant, nul  
materia,  
fici quanti

III. S  
tat: & pri  
tò aut con  
non habe  
in quantò

Sed omnis forma informans recipitur in materiâ quantâ.

Ergò est quanta.

Major probatur, quia quod recipitur, recipitur per modum recipientis. Ergò quod recipitur in quantò, recipitur ita, ut ipsum quantum reddatur.

II. Nonnulli apud Herveum *I. dist. II. q. IV. art. II.* quum omnibus formis inanimatorum, quantitatem tribuerent; ab omni verò animâ eam removerent, restringebant propositionem ita: Quod recipitur, recipitur per modum recipientis, sive, ut ipsi loquuntur, trahitur ad naturam recipientis, h. e. ejus conditionibus afficitur, quando id, quod recipit, superat naturam recepti, h. e. eò perfectius vel nobilius est; quando verò id, quod recipitur, superat naturam recipientis, tunc receptum non recipitur per modum recipientis, sed potius recipiens trahitur ad naturam & conditionem recepti. Hinc, cum omnis anima superet materiam, colligebant, nullam animam trahi ad conditionem materiæ, & per consequens, nec ratione ejus effici quantam.

III. Sed hanc explicationem Herveus refutat: & primò quidem inde, quod in eâ pro certò aut confessò habetur, formam substantialem non habere aliunde, quòd sit quanta, nisi quia, in quantò recipitur; quum potius dicendum sit,

fit,

fit, esse quantam, & quidem per accidens, quod recipiat quantitatem unâ cum materiâ; Sicut inquit, non oportet, quod omne, quod dicitur album, dicatur album, quia recipitur in albo: ita quia recipit albedinem; ita non oportet, quod omnino, quod dicitur quantum, dicatur quantum, quia recipitur in quantô; sed quia recipit quantitatem, vel per se, vel cum aliquô.

IV. II. Si verum est, id, quod recipitur, non trahi ad naturam & conditionem recipientis quando eô est nobilius, sequitur, nullam formam substantialem recipi in materiâ secundum conditionem ejus, & sic neque quantam esse per accidens, sive quantitate ejus. Omnis enim forma substantialis perfectione materiam excedit.

V. III. Si id, quod recipitur, quando est nobilius, trahit recipiens ad suam naturam, quoniam anima per se non sit quanta, nec dividua, necesse est, materiam receptione ejus fieri non quantam & individuam, quod manifestè falsum.

VI. Hisce duobus posterioribus argumentis rectè pugnatur contra ea, quæ §. III. tradita sunt. Quod autem primum asserit, formas esse quantas, quod quantitatem recipiant, nescio sanè, ad admittendum sit.

VII. Ipse Herveus super hâc re ita philosophatur: *Ad intellectum illius propositionis communi est intelligendum, quod, quando aliquid recipit*

cipitur in  
aliquô ad  
recipitur  
non per se  
quod rece  
sibi per se  
dum habet  
beret, si no  
esset recep  
militer et  
licet recipi  
turam reci  
quem habet  
peret, quâ  
quod sece  
quàm aliu  
alterius, q  
quod habe  
sequitur, q  
trahatur  
ita trahit  
Quicquid  
cit ad prop  
mam esse  
dictum est  
fit ex ma  
accidens,  
quô; sed q  
Hervei.

IIX.

recipitur in aliquo: utrumque trahit alterum in  
 aliquo ad naturam suam. Et quod dicitur: Quod  
 recipitur, per modum recipientis recipitur. Et  
 non per modum recepti, non sic est intelligendum,  
 quod receptum in nullo retineat modum, qui  
 sibi per se convenit: sed quia non omnem mo-  
 dum habet illud, quod in isto recipitur, quem ha-  
 beret, si non esset receptum, vel quem haberet, si  
 esset receptum in alio alterius conditionis. Si-  
 militer etiam potest dici de recipiente, quod sci-  
 licet recipiens aliquid trahitur in aliquo ad na-  
 turam recepti, et non habet omnem modum,  
 quem haberet, si non reciperet, vel si aliud reci-  
 peret, quam istud. In istis autem verum est,  
 quod secundum quod unum plus dominatur,  
 quam aliud, unum plus trahitur ad conditionem  
 alterius, quam e converso; et ideo ex dominio,  
 quod habet aliqua forma super materiam, non  
 sequitur, quod non sit quantitas, vel quod in nullo  
 trahatur ad conditiones materie, sed quod non  
 ita trahitur, sicut illa, que minus dominatur.  
 Quicquid autem sit de ista propositione, nihil fa-  
 cit ad propositum, (ad probandum, nullam ani-  
 mam esse quantam, ne per accidens quidem) ut  
 dictum est, (verbis §. II.) quia substantia compo-  
 sita ex materia et forma, dicitur esse quantitas per  
 accidens, non propter hoc, quod recipitur in ali-  
 quo; sed quia recipit quantitatem. Sunt verba  
 Hervei.

IIX. Verum hanc quoque expositionem,  
 non

non parùm videtur dubiam facere anima feciens, quæ magis dominatur, i. e. perfectione, antecellit materiam, quàm anima altrix; nequæ tamen apparet, quâ ratione dici possit, eam minus trahi ad conditiones materiæ, aut magis trahi materiam ad ejus conditiones, quàm ad conditiones hujus.

IX. Sed quicquid de hoc sit, nos præferimus expositionem Gregorii de Ariminò qui II. de XVI. & XVII. q. I. a. I. Quum assumitur, id est, quod omne, quod recipitur in aliò, recipitur per modum recipientis, dicendum, quod hoc propositio, quæ à multis assumitur tanquam maxima, si veritatem debeat habere, intelligenda est sic: Omne quod recipitur, per modum recipientis recipitur, id est, secundum quod recipientis est aptum recipere: non autem, quod sit tale, quale est recipientis, saltem secundum omnes condiciones recipientis: instantias enim innumeras haberet. Constat enim, quod in incorruptibili materia recipitur corruptibilis forma, & in terrensò, frigidò & sicco, recipitur ær rarus, calidus & humidus: & ideo, quamvis in quibusdam quædam recepta conformentur recipientibus, sicut aqua & alia fluida configurantur, secundum figuras recipientium; non tamen omnia. Hæc Gregorius. Nihil aliud, puto, vult, quàm quod præcedente Regulâ diximus, nimirum id, quod recipitur, recipi pro conditione subjecti.

X. Quo  
torâ Exer  
quod & in  
ticas lege  
num scrib  
iam veber  
ra non est  
faret aliq  
nus cum m  
rum est pr  
non sequi  
in omnibu  
Magister  
resolutio  
Tunc si no  
ex ea can  
tur motu  
Imò parv  
ab Oxoni  
non est, q  
imprimer  
que non p  
gumentar  
falsissimè  
rum sequ  
paciens a  
autem a  
questione  
dum exer

X. Quod ulterius exponit & illustrat Scaliger  
 totâ Exer. XVI. s. II. *Que sequuntur, ostendunt,*  
*quod & in tuis Antilogiis observavimus, te diale-*  
*cticas leges, ut lenissimè loquar, neglexisse. Sic e-*  
*nim scribis hic: Si incalcescit matu vehementi, et-*  
*iam vehementer incalcescere. Argumentandi figu-*  
*ra non est necessaria, sed topica. Materia quidem*  
*favet aliquando ad hunc, puta, modum. Carda-*  
*nus cum multa scitatur, multa scit. Hoc ideo ve-*  
*rum est propter excellens ingenium Cardani. At*  
*non sequitur propter illationem: sequeretur enim*  
*in omnibus. Verum non sequitur: Faciamus quod*  
*Magister facit in Topicis, & in primò priorum,*  
*resolutoriorum. Apponamus aliam materiam.*  
*Tunc si non constat dicendi forma, nequaquam*  
*ex ea canon elici potest. Sic hæc: Quercus move-*  
*tur motu vehementi: ergò movetur vehementer.*  
*Imò parum. Loquar ergò meò more barbarè &*  
*ab Oxonio, non è rostris aut comitis. Hoc verum*  
*non est, quia receptivum non recipit per modum*  
*imprimentis, sed per modum receptivitatis. Itz-*  
*que non procedit hunc ad modum. Falsissimâ ar-*  
*gumentatione commovet nos Cardanus: igitur*  
*falsissimè movebimur. Nihil minus. Non enim ve-*  
*rum sequitur necessario, sed contingenter: Omne*  
*patiens tantum pati, quantum agat agens. Hòc*  
*autem demonstratum est, tum in Mechanicis*  
*questionibus, tum in IIX. Phys. Et vulgari admo-*  
*dum exemplo patet. Namque idem movens eâ-*  
*dem*

idem vi variò motu diversa movebit. Non enim idem grave equè grave erit mulo & muri. Quia in quibusdam plus patitur patiens, quam agens agat. Omitto motum projectorum: quæ post motionem moventur adhuc: de his suo locò. At in scissili quid est dicendum? Siquidem & in historiis & alibi Philosophus ita definit, & verissimile est, quod plus scinditur, quàm quam scinditur.

XI. Pertinet etiã huc, quod iterum Scaliger: *Communis est, inquit, omnium sententia Sapientum: quibus cerebrum durius, iis difficultatem apprehensionem, retentionem pertinacitatem; quibus mollius, eos facile recipere, retentione uti minus fideli ac diuturnâ. Exercit. CCCVII. sect. XXIX.*

XII. Ex dictis patet, argumentum §. I. nullius esse roboris, quia nititur pravò Regulæ intellectu. Ita enim accipitur, quasi receptum recipi per modum recipientis idem sit, quod receptum affici naturâ & conditionibus recipientis & reddi tale, quale est recipiens.

XIII. Cœterum tria hic notanda putavi: primum spectat ad id, quod Scaliger negat, inde quod quercus movetur motu vehèmentem, sequitur eam vehèmenter moveri. Duplex enim motus hic attendendus venit, alter venti, sive in quo ventus movetur & in quercum fertur; alter quercus, effectus à motu venti. Putarim igitur

Scaligerum cum moverentem efficit, h. e. in fieri non potest movere

XIV. At file secundum

scinditur, dicitur in

perimit, quæ certè & non dicitur: neque

liger prodicitur Meteor. c. 1

Das ist die

ist, ist die

potest ultra dicitur enim

dens diversus

fit in sectione tra incisione

quæ ligno convenit, sicut ait Philo

dens dividitur quod fecat

Scaligerum, dum asserit, vehementi motu quercum moveri, loqui de motu venti, quem vehementem esse supponitur. Si enim motus quercus, h. e. in quercum receptus, vehemens esset, fieri non posset, quia quercus etiam vehementer moveretur.

XIV. Alterum est, quod Scaliger tradit: scissile secundum Philosophum esse, quod plus scinditur, quam quantum scinditur. Atqui  $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$  id intellectum, gladio se contradictionis perimit, quod nemo non intelligit. Tantum certe & non plus scinditur, quam quantum scinditur: neque Aristoteles ita loquitur, sicut Scaliger prodidit. Hæc sunt verba Philosophi *IV. Meteor. c. IX.*  $\Theta\epsilon\iota\ \delta\epsilon\ \chi\iota\sigma\tau\acute{o}\nu\ \tau\acute{o}\ \delta\omega\delta\acute{\alpha}\mu\beta\rho\nu\ \delta\iota\alpha\chi\epsilon\iota\delta\alpha\iota\ \delta\pi\acute{\alpha}\nu\ \pi\lambda\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu,\ \eta\ \tau\acute{o}\ \Delta\alpha\iota\epsilon\acute{\iota}\nu\ \Delta\iota\alpha\iota\epsilon\acute{\iota}\nu.\ \chi\iota\zeta\epsilon\tau\alpha\iota\ \gamma\delta,\ \acute{\omicron}\tau\omega\nu\ \delta\pi\acute{\alpha}\nu\ \pi\lambda\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu\ \Delta\iota\alpha\iota\epsilon\acute{\iota}\tau\alpha\iota,\ \eta\ \tau\acute{o}\ \Delta\alpha\iota\epsilon\acute{\iota}\nu\ \Delta\iota\alpha\iota\epsilon\acute{\iota}\nu,\ \kappa\alpha\iota\ \pi\rho\epsilon\gamma\eta\gamma\acute{\epsilon}\tau\alpha\iota\ \eta\ \Delta\alpha\iota\epsilon\acute{\iota}\epsilon\pi\epsilon\iota.\ \epsilon\nu\ \delta\epsilon\ \tau\eta\ \tau\eta\ \mu\eta\tau\eta\ \acute{\omicron}\nu\ \epsilon\sigma\tau\ \tau\epsilon\tau\acute{o}.$  *Ac fissile quidem est, quod potest ulterius dividi, quam dividens dividit. Finditur enim, cum ulterius dividitur, quam dividens dividerit, & antegreditur diviso, id quod non fit in sectione.* Nimirum, in sectione divisio ultra incisionem non porrigitur: at in fissionem, quæ ligno tantum secundum longitudinem convenit, ulterius protenditur. Et hæc de causâ ait Philosophus, plus dividi fissile, quam dividens dividat: in sectione autem dici potest, id, quod secatur, non plus secari, quam secans se-

cât. Et hæc dubio procul est adductorum Sc  
ligeri verborum mens, plus scindi scissile, quàm  
scinditur à scindente, hoc est, si consideretur  
scissio ex parte scindentis. Et ita Scaliger ipse  
exerc. CCCXXXIII. Fissilia, ait, non solum  
statim, sed etiam plus finduntur, quàm findantur  
ab eò, quod findit. Securi enim secundum latitudinem  
dinem impactâ non longius progreditur in  
gnò divisio, quàm quò iustumenti acies per-  
git: at secundum longitudinem adactâ, eodem  
iam promovetur, quò ferrum non penetrat. Nihil  
igitur aliud volunt Aristoteles & Scaliger,  
quàm non tam pendere fissionem ab incidens  
vel secante, ut incidens est, quàm à peculiari  
fili conditione, quæ in hoc consistit, quod  
πορα καὶ μὴ ἔχει τὰς πόρες, καὶ ἔστι  
Φύεται ἀλλήλοις, καὶ μὴ κτ' πλατῶν, h. e. hinc  
prete Franci Vatablò, *meatus*, quibus inter  
partes coherent, in longum porrectos, sed non  
latum habent.

XV. Tertium est, non simpliciter excludens,  
quasi nunquam & nullò modò per modum  
imprimentis, sed tantùm per modum suæ  
ptivitatæ subjectum recipiat. Neque enim  
est Scaligeri, quod satis tum ex S. X. perspi-  
tur, tum ex titulo Sectionis, qui est: *Patina*  
*non tantùm patitur necessario, quantum agit.*  
Nam patina stannea à jusculò paulò  
lidiore calefit: sed à calore igneò non inter-

his tant  
que. Qu  
de, quàm  
citur; qu  
firmitas a  
forti lique  
enim subj

Quod  
nat

I. Verb  
probatio  
sunt: Σα  
πιει, αὐτῶ  
πιέντ.  
πιέν, αὐ  
πιέν; λέ  
το πειδευ  
δρα τὸ π  
βρον τὸ π  
πῶν τ  
Πωλ. Πω  
κη τι καὶ  
Πωλ. Πω

Sub tantum incalesceret, sed liquefceret quod-  
 que. Quod igitur non plus calescit, non aliunde,  
 quam à rei, calefacientis debilitate proficiscitur;  
 quod non liquefit, in causâ est partim infirmitas  
 agentis, quandoquidem à calore satis forti liquefceret;  
 partim ipsum patiens. Aliud enim subjectum, v. g. butyrum liquefceret.

## REGULA III.

*Quod & quale quid agens agit, id & tale quid patiens patitur.* Plato  
 in Gorg.

I. Verba, quibus & Regula ista proponitur, & probatio ejus per inductionem continetur, hæc sunt: Σωκ. Ζητέει, ἢ καὶ τῆδε. ἀρεὴ εἴ τις τι ποιεῖ, ἀνάγκη τι εἶναι καὶ πάχος ἐπὶ τὰς τῶ ποιῶν; Πωλ. Ἐμοιγε δοκεῖ. Σωκ. Ἄρα τὸ πάχος, ὃ τὸ ποιῶν ποιεῖ; καὶ τοῖς τὸν, οἷον ποιεῖ τὸ ποιῶν; λέγω ἢ τὸ τῶνδε, εἴ τις τυπτεῖ, ἀνάγκη τι τυπτεῖται. Πωλ. Ἀνάγκη. Σωκ. καὶ εἰ σφόδρα τυπτεῖ, ἢ παχὺ, ὃ τυπτεῖται, οὕτω καὶ τὸ τυπτόμενον τυπτεῖται; Πωλ. Ναί. Σωκ. Τὸ τοῖς τὸν ἀρεὴ παύει τῶ τυπτομέμφεσιν, οἷον αὐτὸ τυπτεῖται ποιεῖ; Πωλ. Πανύγε. Σωκ. Οὐκ ἔν καὶ εἰ καί τις, ἀνάγκη τι καίεται τὸ καυόμενον, ὡς αὐτὸ καῖται καίεται; Πωλ. Πανύγε. Σωκ. Οὐκ ἔν καὶ εἰ τέμνει τι, ὃ αὐ-

αὐτὸς λόγῳ. τίνετα γάρ τι. Πωλ. Ναί. Σωκ.  
 Καὶ εἰ μέγα γε ἡ βαρὺ τὸ ἴμῃμα, ἢ ἀλγυνόντα  
 εἶπον ἴμῃμα τίνετα τὸ τεινόμενον, οἷον τὸ τείνει  
 τίνετα. Πωλ. Φαίνεται. Σωκ. Συλλήθε δὲ  
 ὄρε, εἰ ὁμολογεῖς ὁ ἀρτίελερον περὶ πάντων,  
 αὐτὸ πιῆ τὸ πιῆν, πιῆτον τὸ πάχον πάχεν, Πωλ.  
 Ἀλλ' ὁμολογᾷ. Σωκ. Τῶτων δὲ ὁμολογεῖσθαι  
 δικίω διδόναι, πότερον πιάχεν τί ἐστιν, ἢ πιά  
 Πωλ. Ἀνάγκη, ὡς Σωκράτης, πιάχεν. Σωκ.  
 Οὐκ ἔν τὸ πιῆν. Πωλ. Πῶς γὰρ  
 ἔσθ' ἡ κολάζοντ. Σωκ. Οἱ ἡ ὁρθεῖς  
 λάζων, δικαίως κολάζει. Πωλ. Ναί. Σωκ.  
 Δίκαια πιῶν, ἢ εἶ. Πωλ. Δίκαια. Σωκ. Οὐ  
 κἔν εἰ κολάζουσι. Σωκ. Δίκαια πιάχεν.  
 Πωλ. Φαίνεται. *Martilius Ficinus ita reddidit.*  
*SOC. Id quoque animadvertite, an si quis agens*  
*quippiam, necesse sit, esse aliquid patiens ab ipso*  
*agente? POL. Videtur. SOC. An ergo et*  
*pati oportet, quod agens agit: Et tale insuper, quod*  
*agit ipsum? Huiusmodi autem quiddam dico,*  
*quis pulset, necesse aliquid inde pulsari? POL.*  
*Necesse. SOC. Atque si vehementer aut velociter*  
*pulset, similiter pulsari pulsatum? POL. Simi-*  
*liter. SOC. Talis ergo passio inest pulsato, qua-*  
*lem efficit pulsans? POL. Omnino. SOC. Est*  
*quid comburat quis, oportet aliquid inde combu-*  
*ri? POL. Oportet. SOC. At si vehementer ex-*

ni, & ut  
 cer & uri  
 rens? POL  
 feratur eri  
 vel profun  
 quod secat  
 cat? POL  
 matim, an  
 reare: vid  
 quiddam p  
 His ergo co  
 quid pati.  
 a quodam  
 cet punien  
 ne justè pu  
 nec ne? PO  
 justitiæ da  
 II. Se  
 hujus fide  
 lū, ait Bel  
 II. c. XI. f  
 sio bona. I  
 occiso De  
 tur ex par  
 cidentium  
 patientiu  
 nimò fere  
 erant sum  
 III. Se

ni, & ut ita dixerim, acerbò cum dolore simili-  
ter & uri quod uritur, quemadmodum urit u-  
rens? POL. Prorsus. SOC. Similiter si quis secat,  
secatur etiam aliquid? POL. Ita. SOC. Ac si lata  
vel profunda aut dolorosa sit sectio, tali necesse est  
quod secatur sectione secari, quali sector ipse se-  
cat? POL. Videtur. SOC. Considera verò sum-  
matim, an, quod modò dicebam, in cunctis confi-  
tere: videlicet quale aliquid agens agit, tale  
quiddam pati patiens. POL. Confiteor. SOC.  
His ergò concessis responde, num pœnas dare sit ali-  
quid pati aut augere? POL. Pati. SOC. Nonne &  
à quodam agente? POL. Constat, ab ipsò videli-  
cet puniente. SOC. Qui autem rectè punit, non-  
ne justè punit? POL. Justè. SOC. Justa faciens,  
nec ne? POL. Justa. SOC. Ergò qui punitur, dum in-  
justitiâ dat pœnas, justa patitur. POL. Apparet.

II. Sed non pauca sunt, quæ propositionis  
hujus fidem elevant. Primò: In operibus ma-  
lâ, ait Bellarminus Tom. IV. disp. contr. gen. l.  
II. c. XI. sæpè accidit, ne actio sit mala, & pas-  
sio bona. Venditio enim Patriarchæ Joseph, &  
occisio Domini nostri Jesu Christi, si consideren-  
tur ex parte agentium, id est, vendentium & oc-  
cidentium, scelera erant gravissima: si ex parte  
patientium, videlicet Josephi & Christi, equò a-  
nimò ferentium venditionem vel mortem, signa  
erant summæ patientiæ.

III. Secundò: Hominem facinorosum mor-  
tis

tisque reum, si privatus occidat, justè ille patitur hic justè non agit. *Privati enim non debent nocentes punire, l. nullus 14. C. de Jud. & cælicol. Et non est singulis concedendum, quod per magistrum publicè possit fieri, l. non est 176. de reg. jur.*

IV. Tertio :

-- -- *Non te dignum, Chærea,*  
ait Thais apud Comicum in Eunuchò, *Act. Scen. II. v. 25. 27.*

*Fecisti : nam si ego digna hâc contumeliâ*

*Sum maximè ; at tu indignus, qui sceleres tamen.*

Chærea ergò contumeliam faciendò Thaidi digna fecit: Thais digna passa est.

V. Quarto : Christus illuminat omnem hominem venientem in mundum, *Job. I. 9.* nec tamen omnis homo illuminatur.

VI. Quintò : Præcedens Regula huic directè adversatur. Si enim patiens non recipit semper per modum agentis, sed per modum suæ reactivitatis, fieri poterit, ut non tantum patiens patiatur, quantum agens agat.

VII. Sextò : Omnis qui injuriâ afficit, spontè agit ; sed nemo eorum, qui afficitur, spontè patitur, *V. Eth. c. IX.*

IX. Ista tamen Regulæ nostræ labefacta esse non putamus, ejusque veritas verbis

cratis §. I.  
planti nat  
que cont  
nem, non  
hendend  
quantum  
IX. S  
spondeat  
locò ex B  
præsente  
spectu.  
crucifixi  
gentium  
phus ver  
dicebatu  
vendeba  
cificaba  
Christu  
tur. A  
& occi  
occision  
nimò p  
aur, ab  
a quò  
vendit  
enim h  
cieban  
X.  
quique

cratis S. I. adductis, confirmatur, & contem-  
planti naturam agentis & patientis, sequentem-  
que contrariorum argumentorum discussio-  
nem, non potest non evadere evidens. Compre-  
hendenda autem illâ est & quantitas, nempe  
*quantum agens agit, tantum patiens patitur.*

IX. Superest, ut ad argumenta opposita re-  
spondeamus. Et illud quidem, quod primò  
locò ex Bellarmino allatum, non convellere,  
præsentem propositionem, non difficile est per-  
specta. Non enim solùm venditio Josephi, &  
crucifixio Christi ex parte venditium & crucifi-  
gentium malæ erant; sed etiam quatenus Jose-  
phus vendi, & Christus crucifigi & pati inde,  
dicebatur. Utenim fratres injustè Josephum  
vendebant, & hostes Christi ipsum injustè cru-  
cifigebant: ita Josephus injustè vendebatur, &  
Christus injustè à crucifigentibus crucifigeba-  
tur. Equò autem animò ferre venditionem,  
& occisionem, accidens est venditionis &  
occisionis: quùm aliud sit pati, aliud æquò a-  
nimò pati; & hoc sæpissimè ab iis, qui patien-  
tur, absit: neque quod Christus & Josephus  
æquò animò tulerunt afflictiones suas, id à  
venditoribus aut interfectoribus erat. Non-  
enim hi patientiam in Christò & Josephò effi-  
ciebant.

X. Ad secundum: Facinorosus ille,  
quique mortem meritus est, injustè occiditur.  
à pri-

à privatò æquè, atque privatus eum injustè occidit: at magistratus & justè eum occidit, & ipse justè occiditur. Quale quid agens agit: tale quid patiens patitur ab istò agente.

XI. Neque tertium obest: Thais hoc volens dignam se esse, quæ eam contumeliam in se acciperet: neque negabat, Chæream in facienda contumeliâ, ipsâ digna agere; Sed exprobrabat Chærea, quòd non faceret, quod se dignum esset. Atqui neque profitebatur Thais, se tale quod dignum Chæreâ esset, pati.

XII. Quantum ad quartum, Joh. Chrysolostomus *Hom. IV. in Job.* de locò Evangelistæ hæc commentatur: *Si illuminat omnem hominem venientem in mundum hunc, quònam pacto homines sine lumine permanent? Neque enim omnes Christum cognoscunt, quomodo ergo illuminat omnem hominem? Illuminat profectò quantum in ipsò est. Si qui autem sponte presentis oculis conviventibus, ad hujus lucis radios aciem dirigere voluerint, non ex lucis natura in tenebris perstiterunt, sed malitiâ suâ, quæ sponte tantò se donò indignos reddiderunt.* Rectè præ hâc expositione, patet, dictum Baptistæ non pugnare cum nostrâ Regula. Quomodo enim Christus omnes illuminat, ad eum modum omnes illuminantur. Illuminat omnes quantum est in ipsò. Atqui etiam illuminantur omnes, quantum in ipso. Alii sensum

hunc verbum  
mnem hominem  
illuminat  
per ipsum

XIII.

gula cum  
quantum  
in certum  
tiens istum  
quid agitur  
tum præ  
calore ita  
ipsum liquet  
tyrum.

menter,  
non querunt  
nem. Idcirco

movere eum  
quantum in  
lata sunt

Quantum  
ysæa sive  
fuit, plus  
telligentiam

sim, & firmitate  
ratione

XIV.

fuit carens  
sponsione

hunc

hunc verbis tribuunt: Christum illuminare omnem hominem venientem in mundum, qui illuminatur, quoniam nemo illuminatur, nisi per ipsum.

XIII. Ad quintum: Neque præcedens Regula cum hâc pugnat: Quod, & quale quid, & quantum agens agit respectu certi patientis, vel in certum patiens, id, & tale quid, & tantum patiens istud patitur; non autem quod, & quale quid agit in illud, aut ageret, si magis dispositum præstò esset subjectum. Ita à parùm forti calore stannum non liquefit: at nec iste calor ipsum liquefacit; licèt ceram liquefaciat & butyrum. Non movetur quercus à ventò vehementer, qui tamen vehementer movet; sed non quercum, verùm aliud quid, ut arundinem. Dici etiam potest, ventum vehementer movere quercum, & hanc vehementer moveri, quantum in ipsò. Sed nec quæ de fissione prolata sunt, etsi maximè videantur, adversantur. Quantum fissile finditur, tantum findens *Evangelia* sive reverà findit. Quod autem assertum fuit, plus findi fissile, quàm findens findat, id intelligendum est, si findens consideretur seorsim, & sine peculiari dispositione, quàm fissibile ratione longitudinis suæ obtinet.

XIV. Sextum argumentum non visum mihi fuit carere difficultate. Quùm autem de responsione cogitarem, id tandem succurrit.

Quando quis alteri injuriam facit, v. g. pugna  
ingerit; adest in eò, qui facit, actus internus, qui  
elicitus vocari consuevit, voluntas percute-  
di; ab hòc actus externus, percussio, pendet.  
diciturque inde percutiens spontè percutere.  
Contra in eò, qui læditur, consideratur & per-  
cussio externa, & præterea actus elicitus sive inter-  
nus, quò non vult, sed averfatur verberari,  
unde invitus dicitur vapulare. Percutiens  
tunc spontè dicitur lædere, percussus verò non  
dicitur spontè lædi, quia id, quò læsio dicitur,  
spontanea, si ita loqui licet, nempe actus inter-  
nus, sive voluntas lædentis, non recipitur in læ-  
sò, sed in lædente: quemadmodum & actus  
elicitus, quò plagas læsus averfatur, non pro-  
ciscitur à lædente, sed à læsò, in eòque manet.  
Ex quibus perspicitur, id, quod sexto argumens  
tò objectum fuit, vim Regulæ non perfringere.  
Quale quid agens agit, tale quid patiens pati-  
tur, quoad ea, quæ actui agentis, quò in illa  
patiens formaliter agit, in se conveniunt,  
non ut dependent ab aliò actu, quò in id modum  
agit, sed qui in agente manet. Jam actus, qui  
quis alterum formaliter percutit, tò spontè  
tribuitur ratione actus eliciti, quò vult percu-  
tere. Cùm igitur actus iste elicitus non sit  
actus ejus, qui percutitur, nec in eum transeat,  
non mirum est, illum inde non dici spontè per-  
cuti.

Omne a

I. Sum  
Eld. h. a  
h. m. d. e. s.  
xvi. Paciu  
semper ad  
aliquid, ve  
um & cau

II. Ob  
men form  
veat, quo  
datur con  
ma.

III. U  
calefacit  
formam  
seipsum e  
diget ad i  
formaru  
tribuere  
gredi ve

IV. F  
tione. I  
re frige  
limentu  
tate loc

## REGULA IV.

*Omne agens obtinet aliquam formam,  
quâ agit.*

I. Sumimus ex III. Phys. t. 17. ubi dicitur. :

Εἰδὲ ὅ ἡ δει ἰσεται ἢ τὸ κινῆν, ἢ τοὶ τὸ δε, ἢ τοῖον δε,  
ἢ ποῖον δε, ὅ ἐσαι αἰτιον καὶ δεχῆ τῆς κινήσεως, ὅταν  
κινῆ. Pacius ita reddidit: *Jam verò, quod movet,  
semper adfert aliquam formam, id est, vel hoc  
aliquid, vel tale, vel tantum, quod erit principi-  
um & causa motus, quando movet.*

II. Obstat I. Deus agit & movet, neque ta-  
men formam aliquam habet, quâ agat aut mo-  
veat, quoniam in eò nulla ex materiâ & formâ  
datur compositio, sed essentia est simplicissi-  
ma.

III. II. Forma ipsa quoque agit, ut calor,  
calescit, neque tamen calor affert aliquam  
formam, per quam calescat. Ipse enim per  
seipsum est principium calescendi, neque in-  
diget ad id aliâ formâ. Eadem ratio est aliarum  
formarum, quæ agunt; quum formæ non liceat  
tribuere aliam formam, nisi in infinitum pro-  
gredi velimus.

IV. Patet autem veritas Regulæ tum indu-  
ctione. Ignis enim calore calescit, aqua frigo-  
re frigescit, animal parte animæ vegetante a-  
limentum attrahit, concoquit, nutritur; facul-  
tate locomotivâ se movet; homo medetur ar-  
te me-

te medendi, pingit arte pingendi, ædificat  
*οικοδομῆν* &c. Tum ratione. Materia enim  
 tantum est principium patiendi, principium  
 verò omnis actionis vel motus est forma, ut ait  
 Themistius *in present. textu*, docetque id Ar-  
 stoteles *II. de gen. & corr. t. 53*. Ratio est, quia  
 unumquodque agit & movet, quatenus actu  
 sicut patitur, quatenus potentiâ est. Sed non  
 habent res esse actu, nisi per formam.

V. Pro explicatione Regulæ, & solutione  
 argumentorum, I. sciendum, sermonem esse  
 non tantum de substantiali formâ, sed & de ac-  
 cidentibus, sicut patet ex *S. I. Per τὸ δὲ* enim  
 intelligit Philosophus substantiam; per *τὸ δὲ*  
 qualitatem; per *τὸ ὅτι* quantitatem.

VI. II. Formam illam sæpè esse ejusdem  
 speciei cum formâ, quæ producitur, aut per  
 motum acquiritur; ut quod ignis calore suo  
 liam rem calidam efficit: nonnunquam speciei  
 ab eâ differre, ut cum arte aliquid efficitur. Non  
 enim habitus artis & forma operis arte facti  
 v.g lecti aut domus, ejusdem sunt essentia. No-  
 tat hoc ad præsentem locum Simplicius.

VII. III. Ex ipsò textu liquet, Aristoteles  
 loqui de eò, quod agit physicè, nempe per con-  
 tactum, quod non est nisi corporeum, moveat  
 que ita, ut ipsum quoque moveatur.

VIII. IV. Cùm principium agendi distinguitur  
 in principium *quod & quò*, utrumque est

primitur no-  
 stotelicis.  
 um *quod*, ne  
 autem sive  
 git. Nom  
 aliquam fo  
*quod*, patet

IX. Exp  
 nomine sub  
 pocratem v  
 gere; non  
 jectò & for  
 tur, pictor  
 ne ab acci  
 ut JCtus m  
 JCtus & M  
 bus propos  
 agens per  
 secundum

*Metaph. c.*

X. Arg  
 rium addu  
 nobis non  
 corporeu  
 git. Form  
 actio, tan  
 pium *quò*

XI. Q  
 um est, for

primitur nostrâ propositione, verbisque Aristotelicis. *Τὸ κινῶν* enim sive agens est principium *quod*, nempe aliquod suppositum. *Τὸ εἶδος* autem sive forma est principium, *quò* illud agit. Nomine ejus igitur, quod dicitur asserere aliquam formam, quâ agit, venire principium *quod*, patet.

IX. Exprimatur verò agens nonnunquam, nomine subjecti formæ, ut cum dicimus, Hippocratem vel hominem mederi, Apellem pingere; nonnunquam nomine compositi ex subjecto & formâ, quâ operatur, ut Medicus medetur, pictor pingit; interdum etiam appellatione ab accidente, quod non est principium quò, ut *Œtus* medetur vel pingit, si idem homo sit *Œtus* & Medicus vel pictor simul. Primis duabus propositionibus, ut & ultimis, exhibetur agens per accidens, intermediis agens per se, secundum ea, quæ docentur *II, Phys. t. 33. & V. Metaph. c. 2.*

X. Argumenta igitur *§. II. & III.* in contrarium adducta quod attinet, ex dictis liquet, ea nobis non adversari. Deus enim non est agens corporeum, indeque nec physicè movet aut agit. Forma non est suppositum, cui tribuatur actio, tanquam principio *quod*: sed est principium *quò*.

XI. Quanquam sanè neque illud perpetuum est, formam non habere aliam formam. Est enim

enim anima forma animati, in eâ tamen sunt  
alia formæ accidentales, ut scientiæ, *I. de anima*  
*1. 24.* & secundum Thomam facultates natu-  
rales, ut intellectus. Et licet anima ratione scien-  
tiæ, quâ instructa est, non formæ, sed subiecti  
rationem habeat; est tamen reverâ formam  
nempe corporis animati.

XII. Progressus autem in infinitum qui  
attinet, locus ei esset, si omni formæ alia  
ma. adscriberetur; Ex eò verò, quod alicui  
ma alia tribuitur, metuendus non est: quem  
modum nec generibus, progressus iste inferri  
et si plurima eorum sub aliis generibus col-  
centur.

XIII. Caterùm duo ex iis, quæ propo-  
suerunt, Lectori dubia hîc ingerere se  
sunt. Unum est, quod Aristoteles verbis  
allatis, recensendò formas, quas principia  
causas motus esse ait, meminit quoque quan-  
titaris, quum tamen quantitas non sit de po-  
tentis activis; sed sequatur potentias activas  
& operationes earum, sicut dicit Averroes  
*Phys. 1. 84.*

XIV. Alterum, quod §. VII. movens phy-  
cè exposuimus per agens per contactum  
corporeum, quod ipsum quoque motus cau-  
sit. Atqui declaratio hæc aperte contradicit  
dem Philosopho *II. Phys. 1. 73.* ubi inter phy-  
cè moventia numerat quoque id, quod non

physicum, ne-  
bile est & pri-  
mum.

XV. Ad pri-  
mum in for-  
mationem ei pr-  
tinet necessar-  
tum agere po-  
tenter magis  
tum quantita-  
si prædicitur n-  
cere non posse  
tate: ita tamen  
conditio tamen  
non posset, e-  
activè.

XVI. Ven-  
non possumus  
præsentem, mo-  
tur de condi-  
piò, quod pa-  
vò, quod ip-  
dentibus tra-  
bit: Et si motus  
moveretur, qu-  
ipsum tamen  
prædicitur esse  
movens mov-  
eju vi mov-  
tantum sine  
non est cau-

physicum, neque movetur, sed omninò immobile est & primum.

XV. Ad primum respondet Crellius: *Quantitatem in formis agentibus non collocari, neque actionem ei propriè tribui: sed conditionem duntaxat necessariam statui, sine quâ nihil, ut quantum agere potest. Ut enim acervus vel aliud quippiam majorem efficiat quantitatem, quantum quantitatemque præditum sit necesse est: quâ si præditum non esset, majorem quantitatem efficere non posset. Acervus igitur agit, & agit quantitatem: ita tamen, ut ipsa quantitas non agat: sed conditio tantum sit: sine quâ, ut quantum agere non posset, eoque passivè se potius habeat, quam activè.*

XVI. Verùm hanc responsionem recipere non possumus, I. quia Aristoteles, asserens in presenti, movens afferre formam, non loquitur de conditione sine quâ non, aut de principio, quod passivè tantum se habeat, sed de activo, quod ipsa Crellii expositio, quam in præcedentibus tradiderat, confirmat. Ita enim scribit: *Et si motus imperfectus actus est: & res, quæ movetur, quâ movetur, imperfecta & potestate: ipsum tamen movens actu & perfectum formæque præditum est, quæ motionis, quâ rem mobilem movens movet, principium & efficiens causa est, cujus vi movens movet.* At quod est conditio tantum sine quâ non, & principium passivum, non est causa efficiens.

XVII.

XVII. II. Igitur non capio, quomodo  
possit, aliquid agere quantitate, ut tamen qua-  
ntitas non agat, aut non habeat se activè.

XIIX. III. Quod de acervò affertur, *περὶ δίωνυσον*. Acervus enim aliquis, qui  
quantus est, quantique formà prædirus, ut  
loquitur, quâ alium acervum auget, & pote-  
te tantum actu tantum efficit; non id præter  
movendò aut agendò, sed tantum additio-  
aut accessione ad alium acervum, & tanquam  
pars totius: movens aliud hìc adest, nempe  
quod motu locali acervum acervo adjungit,  
neque acervus movet, ut quantum, cum præ-  
fus non moveat; neque quicquam est, quod  
ci posset agere ut quantum, dum de principio  
effectivò sermo est.

XIX. An dicendum, Aristotelem nominan-  
dò *τόδε*. ἢ *τοῖόνδε*, ἢ *τοσόνδε*, afferre exempla  
nerum formarum, quæ sint causæ motus, dum  
movens movet: exemplorum verò non  
quiri veritatem? Vel cum Zabarellà: Logi-  
tionem Aristotelis esse alternativam, quæ  
requirat, ut omnia membra separatim ver-  
tatem habeant; sed satis esse, si aliquid tantum  
ex iis sit verum, neque necessum esse ad  
endum Aristotelis dictum, ut aliquando  
gens habeat formam de genere quantitate  
per quam agat, neque velle hoc Aristotelem  
præfenti.

D

XX. Ad al

Phys. 1. 8. mov

dem modò acc

pro quòlibet

physici, &amp; opp

qualis est caus

non propriè d

que potest phy

necontactu m

cit. 1. 8. Non

tudinem effici

motum etiam

per verum ce

Et hoc m

i

XX

XX. Ad alteram respondet Zabarella *III. Phys. 1. 8.* movens vel movere physicè non eodem modo accipi: sed in *1. 73. L. II.* sumi latius; pro quolibet efficiente motus propriè dicti & physici, & opponi tum moventi metaphoricè, qualis est causa finalis; tum efficienti motum non propriè dictum. Hòc significatu dici quòque potest physicè movere res incorporea, & sine contactu movens. Aliter autem accipitur in *1. 1. 8.* Non enim ibi tantum importat habitudinem efficientis ad motum physicum, sed motum etiam includit, quòd scilicet moveat per verum contactum, qualis est corporum:

Et hòc modò physicè movens sumitur

in *1. 17. Lib. III. Phys.*



KK

Disp.